

PARS GENERALIS. ;

canum, avium ; in loquendo, canendo,
venando.

§.6. Generale autem instrumentum
est, escæ, cùm parent, copia ; cùm ab-
nuunt, denegatio.

*Quis expedivit Psittaco suum χαίρε,
Corvos quis olim concavum salutare,
Picasq; docuit nostra verba conari?*

Magister artis, ingeniq; largitor

Venter, negatas artifex sequi voces.

Ita Balearica gens narratur non prius
cibum pueris præbuisse, quàm proposi-
tum scopum tetigissent. Et

*pueris dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere
prima.*

Ab hoc more restat in nonnullis Scholis
convictum habentibus, pœna jejunii,
das cariren.

§.7. Licebit hoc artificio ad infantes
uti, non verò in liberalia ingenia jam ra-
tione utentia, quibus pro pabulo cor-
poris objiciendum pabulum animi, id
est, honor. Unde ortus est Classium Lo-